



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.


35

1295

29







LÆLII PÈREGRINI

ORATIO

IN OBITUM

TORQUATI TASSI.

EDITIO SECUNDA.

AURELIÆ ALLOBROGUM.

TYPIS A. LADOR.

MDCCCXXII.

35

LAELII PEREGRINI

CIVILIS PHILOSOPHIÆ

IN ROMANO GYMNASIO

PROFESSORIS

ORATIO.

IN OBITVM TORQVATI TASSI

POETÆ, ATQUE PHILOSOPHI CLARISSIMI.

AD

CYNTHIVM ALDOBRANDINVM


CARD. AMPLISS.



SUPERIORVM PERMISSV.

ROMÆ, APUD GULIELMUM FACCIOTUM.

CIO IO XCVII.



TO
THE PRESIDENT AND MEMBERS

OF THE


Korburghe Club

THE FOLLOWING WORK

IS INSCRIBED

BY THEIR OBEDIENT SERVANT

SAMUEL EGERTON BRYDGES.



This Copy is presented to
George Hibbert, Esq.

EARL SPENCER, PRESIDENT.

THE DUKE OF DEVONSHIRE.	RICHARD HEBER, ESQ.
THE DUKE OF MARLBOROUGH.	GEORGE HIBBERT, ESQ.
EARL GOWER.	ROBERT LANG, ESQ.
VISCOUNT MORPETH.	MR. JUSTICE LITTLEDALE.
VISCOUNT ALTHORP.	EDWARD LITTLEDALE, ESQ.
SIR SAMUEL EGERTON BRYDGES, BART.	JOHN LLOYD, ESQ.
WILLIAM BENTHAM, ESQ.	JAMES HEYWOOD MARKLAND, ESQ.
WILLIAM BOLLAND, ESQ.	JOHN DELAFIELD PHELPS, ESQ.
REV. WILLIAM HOLWELL, CARR.	THOMAS PONTON, ESQ.
JOHN DENT, ESQ.	GEORGE WATSON TAYLOR, ESQ.
REV. THOMAS FROGNALL DIBDIN, V. P.	PEREGRINE TOWNLEY, ESQ.
REV. HENRY DRURY.	EDWARD VERNON UTTERSON, ESQ.
FRANCIS FREELING, ESQ.	AUTHOR OF WAVERLY.
GEORGE HENRY FREELING, ESQ.	ROGER WILBRAHAM, ESQ.
JOSEPH HASLEWOOD, ESQ.	REV. ARCHDEACON WRANGHAM.

JACOBIO DAVIDIO

PERRONIO,

EPISCOPO EBROICENSI

VIRO CLARISSIMO AMPLISSIMOQUE

LÆLIUS PEREGRINUS S. P. D.

INFERIÆ, quæ Torquato Tasso, dum Christianissimi Regis internuncium hic ageres, pænè Censoriæ parabantur, non peruenerunt ad facem: nemo quippe procurat. Quodque postremum humanitatis officium, in Ponto Barbari Ouidio externo atque exsuli tribuerunt, id poetæ nostrati, homini modestissimo, ab eruditis Romæ tribui hactenus non potuit. Penuria ne dicam libitinæ! An imbecillitate virium! sed potius mole curarum meliorum. Rogant interim amici, ne quæ de illo, Cynthij Aldobrandini Card. hortatu, sesquianno ante scripseram, perire velim; neue Torquatam, præter jus, fasque amicitiae, fraudem emerita laude, cum non pauca in ijs referam, quæ plerosque latent. Sed acerrime omnium vrget Mauritius Cata-neus, vir ingenio et religione clarus, qui Torquatam sibi à Bernardo Patre supremis commendatum sermonibus, unice dilexit, rexitque amore paterno, quantum licuit utrique maxime carus, magnoque in honore habitus. Gratissimum me, tum sibi, tum eruditis omnibus facturum pollicetur, si inuulgem, quicquid istud est; atque Torquati laudes à præclaris ingeniis congestas, ipse nouo cumulem præconio: edendi curam se ait suscepturum. Ego, etsi orationem, quam non habuissem, typis tradere superfluum ducebam, verebarque, ne consilium istud inanius videretur Cenotaphio, ad quod eram dicturus, cessi nihilominus amico non iniqua postulanti, potestate facta, uti vellet, statuendi. Eam igitur de prælo ad te mitto, ut fueram

in vrbe pollicitus, immutatam paucis ab exemplari, quod mei ornandi gratia, tute in Galliam tulisti. Detrahenda enim fuere nonnulla quæ ex loco, imaginibus, totoque apparatu, atque ipsa pronuntiatione pendebant. Equidem, si præstitum Cynthio Cardinali obsequium excipias, laboris hujus non aliam hactenus cepi voluptatem ab ea, quam, oratione ista, dum me ad campum exercerem, bis, terue mihi atque Musis priuatim recitata, collegi, factus de oratore declamator. Si opella nostra, vt olim indicababas, tibi probabitur, instar mihi erit omnium, et lucro ingenti existimationis meæ susceptam reputabo. Eo enim es iudicio, ea eruditione et eloquentia, vt nemini Gallorum secundus habearis, communi calculo recte sentientium, conuertisti Italiam omnem in admiratione doctrinæ et probitatis tuæ: me quoque singulari humanitate, præter bonas artes, in summo obsequio tui amantissimum effecisti: vt non pudeat homini litteratissimo, grauissimoque leues hasce dicere nœnias. Amor enim meus de tua vicissim benevolentia me reddit securum, Sed orationi huic timeo, quæ si in conspectum venerit illius, quam de Ronsardo, homine Gallo, poeta suauissimo, atque lepidissimo, scripsisti, deformis adeo et incompta sibi videatur, ut statim recedendi captura sit consilium, ne in venustatis contentionem, cum formosissima, ornatissimaque trahatur. Sed si partus ingenia referunt gignentium, cedit illico mea hæc, et in tuæ se famulitium dabit. Ego enim eloquentiæ, omnisque doctrinæ laude tantum tibi concedo, quantum dignitate, externisque bonis omnibus inferiorem obscuritas mea, reiquè familiaris angustia declarant; tuusque adeo sum, vt, te colendo, obseruandoque, necessitudinibus non cedam tuis. Vale, nosque ama, et si quid in tanto locorum interuallo potes, promoue. Compendij pars magna fuerit innotuisse omnibus, nos à te diligere. Roma. Kalen. Martij. CLEMENTIS VIII. Principatus Anno sexto.

ORATIO

IN OBITUM TORQUATI TASSI.

GRAVE vulnus Torquati Tassi interitu litteræ acceperunt, Cynthi Card. Ampliss. triste sui desiderium vir clarissimus morins reliquit amicis, nec, eo deflendo, jacturæ atque mærori parem lingua nostra potest orationem expedire. Obmutuit magna tuba summorum cantatrix Heroum; emarcuit manus admirandorum exaratrix facinorum; pennatus ille Pegasus, virorum virtute insignium per famam posteritatis vector, concidit, sævæ mortis spiculo transfixus; jacet excisa Parnassi lectissima laurus; exaruit Palladis olea radicitus conuulsa; Musarum domicilium quasi de cælo tactum corruit; obiit Torquatus noster, vigente ætate, cum uberrimos ingenij fœtus ederet, cum post longum errorem sub tuo patrocinio ad Vaticanæ radices vagandi mentem deposuisset palam professus, se

Vuida

Suspendisse potenti

Vestimenta maris Deo,

Magis hoc ipso miserandus, quod bonitate, humanitate, liberalitate tua, quæ illi suaviorem hujus vsuram lucis reddiderant, breuissimo tempore est vsus. O casum acerbum, ô graue damnum, quod nec arte, nec ingenio facile compensetur. Equidem jussu tuo, atque inuitatu nobilium ingeniorum, de illo verba facturus, meamque operam, vna cum viris eloquentissimis, in has quasi inferias Maronis tui collaturus animaduerto audaci nimis volatu, altissimum me cepisse iter, Icaro ipsi formidandum. Cum enim sublime adeo voce atque stylo Torquatus incesserit, vt eo paucis contendere liceat, nec deceat humilium, quam ipse ceteros laudauit, eundem defunctum ornari, sentio temeritatis me notam apud viros doctos vltro incursum; sed hinc me

mandantis excusat auctoritas, inde moles rerum; cum nec imperata sine crimine defugere queam, et de Torquati laudibus instituta oratio in ambiguum prorsus contentionem dicentem adducat. Ejus Enim grandiloquentia omnes aliorum, vel altissime sublatas orationes, obruit, quam quisquis, ab naturæ industriæque viribus non instructissimus,

studet æmulari,
Ille ceratis ope Dædalea
Nititur pennis vitreo daturus
Nomina Ponto.

Te autem obtestor, Ampliss. Cardinalis, ut qua benevolentia Torquatum viventem complexus es, mortuumque extulisti, eadem me de illo pro viribus verba facientem prosequaris; et quantum huic sermone detrahit gratiæ dicentes tenuitas, tantundem ejus, de quo sermo est, memoria apud te conciliet fauoris.

Patrem hic habuit Bernardum Tassum Bergomatem, matrem vero Portiam Rosciam Neapolitanam, familia vtrique prognatus nobili, et honorata; sed pater virtute clarior, cujus merito summorum sibi principum amicitiam conciliarat. Inerat enim Bernardo, in magna ingenij vi, fides incorrupta, solertia exsomnia, neque modicus rerum, atque disciplinarum, in primisque Poeseos, vsus. Mariti splendorem vxor Portia fæminarum virtutibus æquabat; nam in magna opum auitarum affluentia, pudicitiae venustatis formæ, domesticæ prudentiæ laude adeo inter Campanas eminebat matronas, ut felix vulgo Bernardus prædicaretur, cui post tantam rerum copiam vxor formosissima, castissimæque obtigisset, à qua demum ad connubium honorum cumulum, binæ pulcherrimæ prolis parens fuisset effectus. Nascitur verò Torquatus Salerni, prope Neapolim, dulcem Musarum sedem, atque fæcundam sub clementissimo cælo armorum, artium, illustrium poetarum parentem; quod arbitror locum fecisse fabulæ, ut Syrenem Cantu nobilem vrbis illius gremio dixerint humatam.

Nec parum momenti ad excitandum poeseos in illa gente studium Virgillii cineres habere existimandum, quibus, quasi ambustis Phœnicis auis reliquijs genitali vi affusa, subinde noui excitentur vates, rediuiua in ijs Virgiliana Musa, inuitant enim monumenta defuncti, ibique tumulati Maronis ad versificandum, stimulosque subdunt acres ad lauri gloriam, quod in Pontano, Sannazzario, Marullo, Altilio, principe Aquæuiuo, Minturno, Torquato nostro, aliisque non paucis factum

videmus. Sed, ò inconstantiam rerum humanarum. Dum Bernardus apud Principem Salernitanum, cui erat à secretis, bonis affluens lætus agit, atque votis fruitur ad invidiam felicibus, atra repente oborta tempestas omne ejus turbat serenitatem.

Eripiunt subito nubes cælumque diemque.

Deficit Salernitanus à Carolo V. Cæsare, inque Gallorum partes transit, mulctatur auita ditone, quam amplissimam in Regno Neapolitano obtinebat, hostis Cæsaris appellatur, solum inuertit bonis omnibus exutus, eodemque turbine Bernardus inuoluitur. Quid enim faceret erga patronum de se optimè meritum, collata innumera, maximaque beneficia, et acceptam vicissim fidem non semel commemorantem? Cessit procellæ vndique omnia trahenti, seque eodem turbati maris æstu abripi permisit, ne à beneficentissimo principe, vbi fides illi sanctissimè præstanda foret, sui cum nominis labe diuelleretur.

Paternæ fugæ comitem se Torquatus annos natus XI. adjunxit, teneris plantis errantia sequi coactus profugi parentis vestigia, qua ætate genitricis cura atque blanditijs adhuc egebat, à maternis amplexibus auulsus, in quos non esset reuersurus. Matris in eo discessu lachrymas, quemque ipse ceperat, dolorem eleganti carmine ad ripas Metauri, magnique roboris vmbra defleuit, quos versus nunquam legi, quin eorum suauitate, acerbissimi casus, atque gliscentis hinc inde doloris reputatione commoueret animo, et pæne lachrymas excuterem. Ejusmodi fuit continuatæ per totam fere vitam peregrinationis immaturum, atque præproperum Torquato iuitium, a qua nihilominus ad omnem naturæ, locorum, gentium cognitionem, non mediocriter instructus redijt, Homero similis, cui peragratus orbis, visique populorum mores primum atque summum inter eruditos locum pepererunt. Qui enim Homerum cæcum genitum putant, omnibus ipsi sensibus orbi existunt.

Ergo Torquatum aliena culpa cedentem patria, et domesticas linquentem delitias, Vrbs primo suscepit, ac in ludo litterario habuit, summi ingenij vires in puerili ætate ad miraculum explicantem. Ferunt sanctum Christi martyrem Leonidam tanta ingenij Origenis filij admiratione correptum, vt sæpe dormienti puero adstiterit, nudatum ejus pectus summa veneratione deosculatus, perinde ac diuini spiritus domicilium, ac beatum se tam felici prole reputarit. Idipsum de Torquato, magnitudine ingenij haud forte Origeni post habendo, coniecit Bernardus pater, homo acutus et dijudicanda filij indole sagacissimus. Qua propter maximas Deo bonorum omnium auctori se gra-

tias habere professus, nihil omittendum statuit, quod ad feracissimi agri culturam faceret; norat enim ingenia, veluti Aegypti glebas, quo sunt fertilia, eo noxiores herbas, ni diligenti opera repurgentur, fundere, vel inutilia gramina, quæ mentis vim omnem strangulant, gignere.

Ideo cum in tanta jactatione rerum, sine magno studiorum detrimento filium apud se retinere nequiret, Bergomum, in auitas Tassorum sedes, ad Latinas Græcasque litteras addiscendas, post Patauium ad grauiora studia capessenda illum transmisit. Ibi cum legibus daret operam, octodecimum agens annum, Reginaldi cecinit amores adeo feliciter, vt ad meliores Poetas proxime accessisse æquis æstimatoribus fuerit visus, magna amœni et eruditi ingenij opinione adolescentulo, ad Epicorum tum primum gloriam efflorescenti, conflata. Ab eo nobilissimo partu, aridæ et squallentis jurisperitorum siluæ pertæsus, exemplo Francisci Petrarçæ, se totum Philosophiæ appulit atque Musis, ac in Aethereorum Academiam, à sublimitate mentis in ea profitentium appellatam, adscititio Pentiti nomine, receptus, Scipione Gonzaga, quem Cardinalem postea vidimus, omnique politiore litteratura excultum nouimus, Academiae principe annitente, ac audissime appetente, ita Philosophiam cum poesi temperauit, vt nec illius firmitatem hujus facilitas eneruaret, nec hujus suauitas illius acrimonia asperaretur.

Per eos dies mater Portia diem claudit extremum, dote, quam vt temporibus illis, amplissimam attulerat; per procuratores Regios in Fiscum illata, nec multo dein Bernardus pater communi cedit necessitati apud Guglielmum Mantuæ Ducem, cui erat ab epistolis. Tanta accepta clade, non demittit ille animum, sed Zenonis ad mersæ naufragio nauis nuncium, æmulatus fortitudinem, euge, inquit, Torquate, jam ad pallium redigeris, atque peram; existimauitque calamitatem illam, vt liberius attentiusque philosopharetur, immissam.

Sed mirum dictu quanta contentione Italiæ principes, diuini ingenij specie capti, cum à præsentī inopia subleuare sategerint. Quis enim vel teterrima barbarie obsitus, maturam in vberissimo campo segetem putredine corrumpi, atque perire sineret? Quis non magni compendij loco duceret, Heroum præconem, quem ætati nostræ inuideat Alexander, habuisse apud se, et ejusmodi hospite penates sibi redditos non arbitraretur honoratior? Fuit itaque primum Bononiæ, apud Petrum Donatum Cæsium, tunc Prolegatum, postea Cardinalem, vt in illo bonarum artium emporio, sublimiores disciplinas mercaretur. Inde cum se breui, supra votum locuples factus, expediisset, venit Ferrariam, à munificentissimo Principe Aloysio Estensi Cardinale

honorificè exceptus , ac liberalissime diu habitus , post ad opulentissimam Alphonsi fratris aulam se contulit , apudque Estenses germanos illud mortalibus gratissimum Hierosolymæ de Turcis receptæ poema cecinit , scripsit , edidit ; quod dum homines otio ingenioque abutentes euertere pertinaci studio contendunt , Torquati animum , tantæ injuria grauissimè saucium , ad summum mœrorem adducunt.

Ingenium illi erat ex habitu corporis ad tristitiam proclive , quale in magnis viris , qui vel philosophiæ studijs , vel gerenda Repub. vel carminibus pangendis vel artibus exercendis , præstiterunt , fuisse legimus , in eoque genere Empedoclem , Socratem , Platonem , et qui multo ante ad insaniam proruperunt , Ajacem , Herculem , Bellerephontem magnus Stagirita recenset. Quapropter facile fuit Torquatum nimio atræ bilis , mentem ex vicino infestantis , calore laborantem , externæ molestiæ accessione facta , grauiore animi morbo implicari. Dirum malignumque vulnus , de industria , quasi scrutatis sensibus , in eam potissimum partem irrumpens , qua maxime vir eruditus delectabatur. Dura , sæua , tetra hominis nil tale meriti , calamitas , cui patriam , parentes , cognatos , fortunas omnes obstulisse si parum fuerat , quod instabilitati obnoxia censentur , at animi dotes mentisque ornamenta , quæ à fortunæ telis (si fas ita loqui) philosophia pleno ore prædicat secura , relinqui integra , et illibata videbatur æquissimum.

Magnam quoque partem ni fallor , opere in tanto domesticæ calamitates habuere , quas ab ineunte ætate sensit acerbissimas , tum assidua contemplatio , atque continuata in studijs nocturnæ vigiliæ. Infirmior enim est animus , quam vt perennes commentandi labores ferre queat , desiderantque studia contentiora , vt in voluptates interdum remittantur : quæ incommoda dum minus cauentur , fatiscit animus , et ægritudinem sæpe contrahit insanabilem.

Ab ejusmodi morbo , vt eum in philosophando maximum cepisse detrimentum plane fassus fuerim , (quid enim mente integra facturum illum censemus , qui interdum affecta in summorum ingeniorum comparationem occultos Philosophiæ recessus lustrauit !) sic in poeticis entusiasmo illo non mediocriter dixerim adjutum , vel ipso Aristotele auctore , qui ab instinctu ejus modi lymphatico Sybillas atque Bacchas , inferuescente spiritu , effectas omnesque diuino spiraculo instigari creditos , ea intemperie agitari , vt minus vere in alijs , ita in poesi quam verissimè , opinatur. Est enim poesis Dei et naturæ munus , quod vt Hesiodo à Musis in lauri ramo , vel calamis dono datum finxit antiquitas , sic alijs per commotionem mentis mania similem , attributum valido satis argumento firmavit , quod Poetarum plerique seipsis præstantiores apparerent , cum mente alienarentur. Ea ictus plaga Torquatus quasi Bellerephontes loca persequens ,

errat

*In campos solus latos, inque auia rura,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.*

Ferraria repente discedit, ac specie fugientis Italiam omnem peragrat, per sinuosos flexus, implicatosque Mæandros, iisdem sæpe itineribus quarto, et quinto repetitis. Ac à furore primum Neapolim contendit, tunc Venetias, post Vrbinum, Taurinum inde ad Sabaudia Ducem, mox redit Ferrariam, vnde sæuiente morbo, reuertitur in Campaniam, rursus inde Romam. Ab ea tertio Ferrariam repetit, post Mantuam se confert, inde Florentiam, postremo in Urbem, doctorum hominum portum celebrem atque frequentem, Torquato in primis, CLEMENTIS VIII. Pontif. Max. liberalitate, ac in bonas artes propensione, haud pœnitendum, plerisque alijs additis, ver interjectis hac illac peregrinationibus: vt terrestres ejus errores maritimas Vlyxis referant jactationes, tum diurnitate atque tædio incommodorum, tum, quæ, inde mortalibus manauit, vtilitate. Philosophabatur enim et commentabatur assiduo, siue iter faceret, siue cibum sumeret, siue quiesceret, in via, in diuersorio, inter cauponum, stabulariorum errorum, veterinariorum clamores, tanta facilitate fundens carmina, quanta fontes perennes aquas emittunt.

Qua in re C. Cæsari eum comparare lubet, quem commentarij rerum abs se gestarum, in tentorijs, in hospitijs inter tubarum clangorem, atque fragorem armorum limatissimè scripti, ad summi ingenij opinionem commendarunt. Quam enim belle scripserit Torquatus, etiam posteri judicabunt, nos adhuc nouimus quam faciliter.

Neque vero fraudauerim hoc loco debita laude summos principes, Vrbinatem, Sabaudium, Mantuanum, magnosque Etruria Duces Franciscum atque Ferdinandum, amplissimos Cardd. Io. Hieronymum Albanum, et Scipionem Gonzagam, qui Torquato naufrago, vt olim Leucothea Vlyxi, velum subjecerunt, suasque domos inexhausta beneficentia eidem patere voluerunt. Sed in primis Alphonsi Ferrariæ Ducis in cœlum tollenda caritas, et studium singulare celeberrimi viri ad sanitatem reducendi, eum nulli pepercerit impensæ, nullas recusarit egregius princeps molestias, si quo modo illum, vel secus interpretautem, integritati restitueret: tanto humanissimi animi affectu, quanto in hominem sibi sanguine conjunctissimum fuisset vsus. Tu quoque Cynthi Musarum cultor, ad alumnum Pieridum tristissimis leuandum curis ingeniosam et liberalem operam contulisti, largitione videlicet omnium, quæ

reducendi, cum nulli pepercerit impensæ, nullas recusarit egregius princeps molestias, si quo modo illum, vel secus interpretantem, integritati restitueret : tanto humanissimi animi affectu, quanto in hominem sibi sanguine conjunctissimum fuisset vsus.

Tu quoque Cynthi Musarum cultor, ad alumnum Pieridum tristissimis leuandum curis ingeniosam et liberalem operam contulisti, largitione videlicet omnium, quæ ad ingenui hominis victum cultumque facerent, colloquijs familiaribus, verbis humanissimis, facta insuper mensæ tuæ copia, certis demum redditibus attributis, quibus ille delectatus, conualuit aliquo tenus; poterantque pharmaca ista morbum penitus omnem depellere, ni altius animo insedisset, quam vt humanæ curationi subijceretur.

Sed tulisti humanitatis, et beneficentiæ tuæ fructum non vulgarem, innumeris diuini ingenij monumentis tuis auspicijs ab eo editis (quas enim accommodatiores tibi redderet gratias beneficiorum?) et quod omnem excedit dignitatem, posteriori GOTTFREDI POEMATE luculentissimo tibi nuncupato, et euulgato, cum prius illud quasi fœtum impolitum repudiasset, siue partum immaturum, questus extotum sibi è manibus, ne spatio quidem dato ad alteram limam. Sed

*Cum caneret reges et prælia Cynthus aurem
Vellit, et admonuit,*

Christianum Poetam, ne dum insignem Theologum Martis Venerisque cantu carminibus, Torquate, suis manum extremam imponere, non est laude dignum. Tum ille, quasi Deo plenus, repente mundi creationem, et creantis quietem, septem distinctas diebus, ad sententiam Geneseos, quasi ex adyto, vi effudit occulta; versu, vt vocant, soluto, Heroicoque poemati magis idoneo: inserta omni tum nostrate, tum externa Theologia, et rerum naturalium historia, notatis ad marginem libri locorum millibus ex Patribus, Scholasticis, Philosophis, Geographis, Historicis, Oratoribus, Poetis, cum nihilominus operi omnium præstantissimo faciundo nullius scripta adhibuisset: quæ in memoriæ thesauro diutissime seruarat, ex tempore fidelissime redditis.

Fuit illa quasi Cygnea diuini poetæ vox, et postremus Cynthio auis dicatæ cantus, à quo in sua demum principia resolutus, finem canendi fecit, atque viuendi, digna poetæ clausula; neque enim decebat Musarum interpretem alibi, quam in Cynthij sedibus spiritum auctori suo restituere. Mortem ad se magnis contendentem itineribus anno ante præuidit, cum Oliuetano Religioso, sibi amicissimo, quinquaginta supra

centum numos aureos numeravit, condicto, vt post mortem, quam sibi imminere sentiebat, trecenta sacrificia ad suam et Bernardi patris animas expiandas, præsentì pecunia faciunda curaret.

Inde assiduus in precando, maxime erga Deiparam Virginem, cui Rosarium pluries in die, peculiareque preces summa religione recitabat, ad cælestem patriam, exuta mortalitate, migravit. Hic exstitit Torquati finis, *Hic exitus illum Sorte tulit.*

Moribus fuit integris, et ratione libera, suavissimis; vt dignitatem oris, atque totius corporis ejus cum interna virtute comparanti, cogitatio statim subiret, nobilissimam animam pulcherrimo hospitiò non temere fuisse locatam.

Amicos vnice coluit, iuuitque quantum potuit gratia, industria, labore, nulla spe lucri, solo amoris erga necessitudines impulsu. Litterarios aliorum labores nunquam carpsit, et qui jure de alienis existimare poterat, quando exactissima protulisset sua, abstinuit; incertum majore ne candidi animi, vel eruditi ingenij laude.

Quæ edidit ipse, vel eodem ignaro, et quandoque inuito, minus emendata, vulgarunt amici, ab alijs cribrari, exagitarive, etsi interdum grauissimè tulit, vbi conuicijs lacesseretur, summa tamen animi moderatione defendit, ijs quæ obijciebantur pari eruditione ac modestia confutatis.

Quæ scribebat in dies, etsi auidissimè tota Italia expeti, ac in ore omnium esse cerneret, contemnebat, ac vel commissa ventis, vel sordidus obruta, perire sinebat, tantum abfuit à fastu plerisque adeo familiari, tantum deliniri se fœtum suorum amore non est passus. Floruit amicitijs omnium Italiae Principum. In Vrbe sacri Senatus gratiam collegerat. CLEMENS VIII. Pontif. Max. ad nuncium mortis ejus indoluit. Amauerat enim ingenium viuientis, atque annua pensatione attributa in majoris liberalitatis spem confirmarat. Animus illi ad religionem pronus. A pueritia frequens fuit in cœnobijs Monachorum, maxime in Honuphriani ad Urbem templi familiam propensus, quo, cum inclinatæ in deterius principia valetudinis sensisset, deferri voluit, vt si tandem foret ex hac vita discedendum, inter veteranos Christi milites extremum subiret cum hoste communi certamen.

Sub mortem solutus per pœnitentiæ sacramentum omni piaculo, reffectus pane Angelorum, quem vti necessarium in cælestem Hierusalem itineris comeatum enixe flagitabat, grauissimum se peccatorem pluries testatus, sacram Christi è cruce pendentis iconem non semel est osculatus, omnem salutis spem in ejus saugine sibi repositam professus.

Sed animaduerto Card. Ampliss. me. Torquati vita et moribus enarrandis longio-

rem fuisse. Quare alijs quæ dici possent, omissis, ad posteriorem transeo orationis partem, in qua de scriptis ejus mihi paucis disserendum; totamque rem paucissimis expedio.

Non recensebo quæcumque Torquatus prosa scripsit vel metro; habentur enim vulgo, atque teruntur eruditorum manibus, etiam trans Alpes et Pyrenæos, præter manuscripta quædam, diuinum scilicet Heptameron, quod penes te, Cynthi Card. Ampliss. loco magni thesauri custoditur, nec non funereum rogum, atque commentarium pro virtute Romanorum, contra Plutarchum, quæ scrina ornant Fabij Vrsini, Latini filij, et si quæ alia ejus generis priuatim apud amicos remanserunt.

Id vero non omittam, Torquatam, cum per totam fere vitam Italico sermone scripserit, sub finem Carmina Latina factasse non contemnenda, quæ satis indicent quantos ille progressus fuisset, Latine scribendo, facturus. Soluta ejus oratio simplex apparet, pura, nitens, grauis, natiuo decore contenta, in qua tamen ob vocum significantiam, et vim sententiarum spirare mens videatur auctoris; minuta vero poemata, imitamenta hymnorum et Epigrammatum, lepida, arguta, mollissima dulcedine fluentia, quæ semel gustata cupidissimè appetuntur, sumpta in manus ægrè dimittuntur; sed ut Threijcius cantus feras, sic illa homines retinent ad harmoniæ suauitatem auribus reuinctos.

Magna quidem hæc sunt, quibus Torquati nomen haud facillè interiturum existimari queat. Sed ad majora nobis oratio conuertenda, ad nouicordem scilicet Orphei lyram, cælestes sphæras mundo huic inferiori nectentem; ad clypeum Achillis cælum, mare, terram, et quæ in ea geruntur, oculis miro artificio subijcientem; ad Musarum Parnassum, Apollinis, nouemque sororum cantibus resonantem; ad scenam humanæ vitæ, mortalium diuersa ingenia, varios casus, exitusque referentem; ad speculum naturæ, quæ in æthere, quæ in terræ gremio atque visceribus gignuntur, Oceani fontes, ortus fluminum, aquarum conceptacula, metallorum officinas, cæca demum humidaque regna omnia reddens; ad cælestium arcanorum thesaurum, mentes orbium motrices, supernorum animorum sedes, numerum, ordines, atque felicitatem continentem; ad virtutis descriptionem, atque præconium, Regumque institutionem, atque justitiæ commendationem, quibus nominibus Homeri poesim Anaxagoras, et post eum Basilius noster decorarunt; ad poetarum denique delicias, sedem gratiarum, totiusquæ philosophiæ Venerem, (his enim appellationibus Torquati Hierosolymam nominare soleo) quam dum oculis lustrō, corpore quiescens, mente per vniuersum excurro, peragro terram, descendō ad inferna, inde rediens in lucem, volitor per

aërem, efferor in cælum, cum planetis circumferor; iisque superior aliquando factus, magnitudinem solis, pulchritudinem lunæ, stellarum varietatem intueor, cælestium spirituum choro jungor, ad Deum, quantum homini datur, accedo, ac in illo immensitatem Entis, simplicitatem Vnius, profusionem Boni, Vnum in Tribus, et Tres in Vno, stupore correptus contemplor; rursus ad nostra conuersus, in Petro Eremita statum hominis, abjecta cura corporis in vnam animi felicitatem incumbentis, considero; in GOTTFREDO vitam contemplationi rerum æternarum strépitus iungentem ciuiles; in Riccardo animum cupiditate honorum æstuantem; in Tancredo voluptatibus interdum laxantem habenas; vel, si maus, in isto vim concupiscentem, in illo irascentem, in GOTTFREDO rationem, in Petro mentis florem, et summitatem. Agnosco agnosco in omnibus Homeri discipulum; diuini Poetæ imaginem intueor,

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,

Et quasi in Galatonis tabula Mæonidem aspicio euomentem, Torquatum vero, ab eo non longe, haurientem ex eo fonte, quæ inducta noua forma in suum diducat opus, fiatque egregius Epicorum parentis imitator; imitator, inquam, non populator, neque quasi Tatianus ille, Simia dictus temporum suorum; at plastes, atque fictor egregius, acutissimorum architectus et explicator argumentorum, vbique sublimis atque canorus, ruens velus amnis immensus ore profundo, verbis grandibus, sententijs grauissimis, rapido cursu deuolutis.

Hæc et ejusmodi alia per multa inter GOTTFREDI lectionem occurrunt; et vbi finem legendi fecero, carmina iucundo mihi murmure tinniunt, ac dulcissimæ vocis reliquæ blando susurro diu circumsonant aures, aculeique ad gloriam animo remanent defixi.

Ex binis vero poematibus, quæ instar duorum fluminum ab eodem fonte manantium, interdum coeunt, interdum longiore tractu disiunguntur, prius illud, sub Estensis Aquilæ alis emissum, facilitate, atque suavitate carminis, posterius in Cynthij Parnasso reformatum, sublimitate dictionis, pondere sententiarum, eruditione, arte; imitatione Homerica, et quod maximè laudandum castitate, commendantur. Illud voluptatem propius spectat, hoc vtilitatem. Illud auribus accommodatum, vel mediocriter eruditus, hoc non nisi eruditissimis. In eo plus iuuenilis spiritus, atque sanguinis; in hoc plus decoris et limæ. Illius dictio simplicior, sedatior, et quasi fluens sponte sua; hujus elaborata magis, et veluti manufacta, externo impetu ad naturalem cursum adjuncto; sed vtriusque merito Torquatus laurea donandus

Apollinari; Parnasso duplici vertice insurgenti comparandus, exstulit namque se ceteris altius utraque Hierosolyma, dubio æmulationis et concertationis euentu posteritati relicto.

Neque vero quæ vel in inuentione, ac dictione præter artem, vel in Armidæ impudicitia, et fortissimorum virorum à Venere incontinentia contra majestatem heroicam peccata obijciuntur, ab hac me præclara testificatione deterrent. Agant illi Torquatam irscitiæ, impietatisque reum, quantum volunt. Firmum stat et immotum, in magno opere errata esse leuissima, et quam paucissima; dicerem nulla, nisi admonerer illo,

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Sed eorum, quæ ad Poeticen, et Grammaticen spectant, aliorum esto iudicium. Habentur apologiæ Torquati et amicorum, quibus cumulâtè objectis factum satis existimo. Armidæ ad præens immorandum, ac de moribus agendum, qui si mali sint, omnem in homine Christiano laudem, aliunde quæsitam, inficiunt et corrumpunt.

Magnum crimen, Judices, et ante isthæc sæcula inauditum et plane nouum, induxisse meretricem in cætum Heroum, viros fortissimos, qui Christo dimicabant, ad primum fæminæ conspectum, vesano amore captos, desertores effici castrorum. Quasi omnes qui Syriaco bello nomina dederant, humanam conditionem egressi, ac extra peccandi aleam positi fuissent; nec Raimundus auaritia, Boëmundus atque Balduinus latè imperandi cupiditate male audierint, nec ex eodem ordine Reginaldus transfuga scelestissimus, Christo abnegato, ad execrandos Mahomettanorum ritus transerit, nec, quod maximè mireris, Petrus Eremita sacri belli concitator et auctor, fessus longa mora, fractus bellorum incommodis, fugam tentarit, leuitatis, atque adeo proditiõnis labe contracta, quæ nec diurnitate vanesceret, nec manibus vllis ex historicorum memoriis elueretur. Errant qui censent, neque virtuti vitium, neque vitio virtutem adjungi aliquando. Audiebantur isthæc olim in scholis Stoicorum, quibus longum veritas valedixit. At in rebus ipsis et vita communi

*Nunquam à malo sejungitur prorsus bonum,
Quædam sed est horum inter se commixtio,*

vt ait Euripides.

At vbi sunt qui artem tantopere jactant? qui religioni habent à regulis nescio quibus, vel latum vnguem recedere? An ignorant, poesim esse picturam quandam vocalem, vt hæc vicissim poesim tacens appellatur, et existimare poetas, licere sibi,

perinde ac pictoribus, bona, mala, pulchra, deformia, proponere, cum artis vtriusque laus omnis posita sit in imitando? Quid igitur consilij capiet Poeta? Exprimet ne honestas tantum functiones mortalium, turpibus, quæ sine stomacho et offensione spectari possent, infra subsellia missis? Imitabitur imagines vmbilico tenus pictas, vel Apellem ipsum æmulabitur, qui caput Coæ Veneris et summa pectoris artificio singulari perfecit, reliquam partem corporis inchoatam dimisit? num pictor, cum formosum adolescentem, vel pauonem, explicata cauda, cum cælo syderibus illustri de pulchritudine contendentem pinxerit, ab arte existimabit alienum, vel deformes pauoni pedes addidisse, vel vetulam edentulam, turpemque simiam proponere?

Esset magnopere optandum, ne magistri Epicorum Homerus atque Virgilius, alter Calypsonis, atque Cyrceos cum Vlyxe, alter Didonis cum Aenea coitiones (splendidissima mendacia), versibus inseruissent suis; nève qui Etrusco carmine ad eos propius accessisse vulgo censetur, tantam impuritatis labem Heroibus sibi decantatis, pro sanctis Christi martyribus apud plerosque habitis, aspersisset, atque Episodia non pauca iniecisset operi obscæna, fæda, scelerata, quæ

non vltima Thetis,

Non genitor nympharum abluat Oceanus,

digna Deucalionis eluione vel incendio Phaetontis, præ quibus Torquati Armida, quantumuis meretricium gerens animum, pudica nihilomibus in speciem existimari queat. Sed cæpto poetarum exemplo, ne dum honesta atque præclara, sed turpia quoque, quantum castæ patiuntur aures imitandi, atque damnandi, cur iniquissimi iudices in Torquato ea reprehendant, quibus multo grauiora in ceteris, vt ipsi volunt, laudatissimis poetis ferunt, et conuiuent?

Verum illud est, vbi quid, patratum minus rectè, promendum poetæ fuerit, Homerum imitari oportere, qui benefactis commendationem, perperam admissis reprehensionem præmittit, vel adjungit. Idipsum persanctè custodiuit Torquatus, vt crimina, vel delinquentium pœnitentia pientur, vel immissis diuinitus flagellis illico puniantur; quare posset ille Euripidea defensione iure uti, Ixionem se induxisse in scænam, hominem scelestum, sed non ante subduxisse, quam rotæ affigeret.

Nec omittam, interdum aspectu rerum turpium impelli cordatos homines ad honestatem, vt Anacharsis et Plato censuerunt, atque Lacedæmones facto probarunt, cum Iotas ad immoderatum vini haustum adigerent, vt fæditate præ oculis posita, ipsi

ab ebrietate abstinerent. Quare Diogenes verbis quidem insolentibus, sed quæ moderata, sententiam continerent non ineptam, aiebat: *si lupanar aliquando ingressus fueris, disces, nihil ne res honestæ differant ab indignis.* At quis est obsecro Poetæ finis?

Vel prodesse volunt, vel delectare Poetæ,

Immo in vtrumque simul legitima Delij proles incumbit. Id apud multitudinem facilius obtinetur plerumque, si auribus per amatorias narrationes delinitis, atque subactis, præcepta latenter inserantur ad honesto viuendum, quæ si nuda porrigerentur, adolescentum, atque vulgarium sæpe animos asperitate offenderent, atque arcerent,

*Veluti pueris absynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenuis: interea perpotet amarum
Absynthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali tactu recreata valescat.*

Sed, ò Deum immortalem, est ne nouum incontinentiæ vitium in hominibus bellicosis? Quid porrò Martis Venerisque conjunctio, quid Hercules muliebri ornatu Omphalæ seruiens designant? At non faciunt fidem fabulæ: promo historias, et quidem ex diuinis litteris. Sampson omnium hominum pugnacissimus, quondam sacer Dei Nazaræus, tandem adeo euasit mulierosus, vt superbam ceruicem, qua portas vrbs reuulsas cum postibus ad montis asportarat cacumen, in Dalidæ gremium declinarit, ociose in vtramque aurem dormitabundus, tonsuram præter. Angeli monitum, capillorum, vinculorumque non vnam à molli manu passurus injectionem. Ante illa quoque tempora mulieres Madianitides, pulchritudine corporis, ac venustate oris insigues, Hebræorum, ad promissæ terræ possessionem tendentium, fracturæ impetum, doctæ à Baalamo Ariolo, se illis vltro obtulerunt, quattuor et viginti millibus ex genere electo, gente sancta, populo acquisitionis, ad stuprum, et Idolorum cultum adductis.

Confer Ampliss. Card. inter se, hinc Israelem armatum ad sedes diuinitus commostras meantem, inde nostros, ad easdem terras sædo iugo liberandas, contententes; hinc meretrices Madianitides, inde Armidam ejusdem farinae fæminam, pro-

gressum hostium pari artificio impedire conatas ; hinc Balaamum Ariolum , illinc magum Hydraoten , germanarum fraudum nectentes nodos , vtque tela ordianda et texenda foret , mulieres , antiqua Sathanæ organa , instruentes ; intelliges , vel sacram historiam ex diuinis litteris , inducto fabulæ velo , in suum poëma à Torquato de industria translata , vel si minus prudens fecit , concludes , non indignum eum poetæ nomine ,

*magnam cui mentem , animumque
Delius inspirat ,*

Hæc si qui minus probant , eos non moror , nam

Et sua riserunt sæcula Mœonidem.

Idemque atrocium casuum

memorator Homerus

Posteritate suum crescere sensit opus.

MORTALES quippe præterita magis , quam præsentia mirantur , et quæ sub oculis existunt inuidia , quæ longe absunt veneratione prosequuntur ; quod illis se instrui , his obrui pro innato liuore arbitrantur. Dixerim in summa , Torquati poëma non esse publici saporis , ac ejus Hierosolymam legentibus idem contingere , quod olim iis , qui Phrygiam tibiam audiebant. Neque enim insanibant omnes , sed qui à Rhea corripiti solerent ; quod horrendo audito carmine , prioris affectus et perturbationis recordati , musicæ impetum sequerentur. Etenim artem , imitationemque poemate illo contentam , ac delitescens in magna allegoariarum sylua philosophiæ arcana deprehendunt illi , qui Homerum , Platonem , Aristotelem , Maronem , ceterosque bonos et antiquos scriptores assidua , et laboriosa opera cum fructu et vtilitate triuerunt.

Sed tu , Torquate , disputationes hæc , operibus tuis vltro citroque accusandis , et defendendis , susceptas rides , opinor , quasi ludicra puerorum ; plenus enim lumine vero vides quanta sub nocte jaceat nostra dies ,

Cunctaque ab ætheria mortalia despicias arce

ac immistus choris mentium beatarum , magnam tractans cytharam cum Dauide sacrorum lyricorum principe , atque Christiano Pyndaro , grandioris metri carmina pandis , dulciorem reddis harmoniam , concentum suauiozem.

Si qua tamen felicitati, quam è diuino hauris conspectu, fieri potest externa lætitiæ accessio, ac te vlla eorum, quæ hic geruntur, cura tangit, lætaberis magnopere, quod sonitu canoræ vocis, qui non facillè euanescat, orbem compleueris, quod ingenij tui fœtus principum scrinijs custodiendos intuleris, quod tui memoriam eruditis pectoribus insculpseris, meliore conditione, quam Aschræa carmina plumbeis incisa laminis, aduersus injurias temporis fuerint à Græcis in Helicone condita, et dicata; quod si non illatus sepulcro Scipionum, et Ennius, nec publico elatus funere, vt apud Getas Ouidius, at cura studioque illius, qui tibi Mæcenas existit, cui tu Maro, atque Flaccus fuisti, à magnis ingenijs laudatus, profiteri queas, nemini eruditorum ab antiqua memoria tanta celebritate parentatum. Ad te enim cenotaphij loco, doctissimi quique se conuertunt, in tuas se laudes effundunt.

Hic Epigrammata cudit, ille hymnos, alius Epitaphia scribit, et elogia, alius funebres orationes. Afferuntur in Urbem è remotissimis partibus laudationes tui elegantissimo stylo consignatæ, strepunt omnia poetarum cantibus, vocibus Oratorum, quacumque circumfers oculos, paginas intueris præconijs tuis refertas. Me quoque, coruum inter olores, Cynthij compulit vis addicendum; qui si meritis parem tuis habui sermonem, ago gratias litterarijs laboribus meis, quorum ope illius imperio obsequutus, ad amici memoriam ex parte propagandam, non inutilem operam contuli.

Sin secus cecidit, grati saltem, ac beneuoli in vos animi significationem istam vterque lubens accipiet. Equidem splendidiorem vestem, vel suauiores odores non habui, quos Poetæ, atque Philosophi, ætate nostra præstantissimi rogo injicerem.

MVTIVS SFORTIA MAURITIO CATANEO.

DUM niteris, Catanee,
In lucis oras edere
Præconium, quo Lælius
Tasso parentat nobili:
Eumquè ad astra laudibus
Extollit; haud tu perperam
Agis. Sed inter funera

Vives , Poetis charior.
 Oratim est hæc candida ,
 Vernet licet coloribus ,
 Poeticisque floribus :
 Meliore sanguine attamen
 Caret : vigorem viuudum ,
 Atque actionem feruidam
 Dum quærit Auctoris sui.
 Verbis suis nam maximam
 Vim , pondus , atque spiritum
 Dat ille : et orans concitus
 Periclis æquat fulmina
 Et grandines Ulyssei.

AD EUNDEM
JVLIVS BELLVS
 JUSTINOPOLITANUS.

PERBELLÈ facis , ò amice Musis ,
 Quando luminis explicas in oras ,
 Disertissimus ore quæ profundo
 Dixit Lælius , inclyti poetæ
 Fata flens. At vbi sonora vocis
 Fulmina , et tonitrus ? vbi fluentis
 Mollè blanda quies locutionis ?
 O quàm florida Lælij latet pars
 In ipso. Hic fluuij cadentis instar ,
 Orator patulas ruit per aures
 Potentissimus aurium tyrannus ,
 Quas vinctas trahit aureis catenis.
 Pendet concio densa , fulgurantem
 Suspectans , bibit et venusta doctæ
 Mentis dicta , modo et niues Vlyssis ,

Nestoris modo mel stupescit : ægras
Quòd si fortè ciere vult ocellis
Lachrymas , tragico ciet cothurno :
Quin spes , gaudia , gratulationes ,
Timores modulatur arbitrato
Suo. Quis , precor , ista largietur
Hisce litterulis , et huic papyro !
Sanguis hinc melior , colorque vitæ ,
Vis et fantis abest ; sed altum anhelat
Spiritus , quasi cogitans parentem.
Gaudeat sibi nunc Etrusca Syren
Tassus , flebilibus modis olores
Quem gemunt , gemuitque ; Tulliano
Fortis pectore Lælius , poetæ
Quem vehant super astra dignus omnes.

FINIS.

REMARKS
ON SOME CIRCUMSTANCES
OF THE LIFE
OF TORQUATO TASSO.

CRITICAL NOTICES.

THE Editor having been particularly occupied, not only with other literary avocations, but with an excess of perplexing private business, at the moment when the Printer had occasion for these NOTICES, has obtained the assistance of a Friend much better qualified than himself for the purpose, whose Initials are subjoined.

Geneva, 21 December 1821.

FEW names excite an interest so acute and so lasting, few awaken such varied emotions of admiration and sympathy, as that of TORQUATO TASSO. Preeminent in misfortune as in genius, it is not without astonishment that we behold him struggling against the severest blows of Fortune, amidst the accumulated evils of penury, neglect, and calumny, and the horrors of a dungeon; sending forth a variety of productions, any one of which might have employed the life, and secured the immortality of its author.

The circumstance of Tasso's Life which excites the most curiosity, has been the least satisfactorily explained. I allude to the immediate cause of his confinement. The story of his love for the Princess Leonora seems to be fondly clung to by some English writers; yet no proof has hitherto been adduced, that his attentions to her ever exceeded the ordinary bounds of court gallantry (1). A staid old maiden Lady could hardly have made much impression on the heart of a Poet, by no means insensible to the power of beauty, but of a refined, and almost fastidious taste. However unwilling then, to resign a fiction so grateful to the imagination, we are compelled (as far as the still imperfect notices we possess on the subject will admit,) to seek the cause of his misfortune in circumstances more conformable to the common occurrences of life.

The mean jealousy of Tasso's patrons or tyrants, had been excited by his evident desire to shake off their trammels. This they had in some measure prevented, by the detention of his manuscripts; and the indignation of the poet, which at length burst forth in intemperate language, furnished a pretext to secure him effectually in their fangs.

If no Italian writer has dared to make an unequivocal statement of the facts, it must be attributed solely to a consciousness that the punishment of Tasso was far more than adequate to his offence; that the act, viewed in its true light, must reflect eternal infamy on the perpetrator, and fix an indelible blot on the escutcheon of the House of Este.

Yet we are told that the conduct of the Duke of Ferrara, was merely the effect of his tender solicitude for Tasso's health, and a desire to re-

(1) The story has only been told explicitly in a little work of *Girolamo Brusoni*, entitled, *La Gondola a tre Remi*, Ven. 1657, in-12. which was rigorously suppressed. M. Hobhouse, in his *Historical Illustrations of Childe Harold*, p. 15, sec. ed. calls it « *The Three Gondolas* », and says it was published in 1662. He seems to have adopted Serassi's date, which is wrong, and altered his title, which is correct.

call him from a state of mental derangement. *Credette egli (Alfonso) che all' onore e alla salute del Tasso niuna cosa potesse essere più utile, che il tenerlo non già prigioniero, ma custodito, e in tanto procurare con opportuni rimedj di calmarne l'animo e la fantasia.*» But Tasso was ungrateful for so much kindness. «*Gli parve di essere prigioniero, e mille fantasmi cominciarono a ingombrargli la mente.*» (1) The still more slavish tone of his cotemporaries is exemplified in this passage of the foregoing Oration. «*Sed in primis Alphonsi Ferrariæ Ducis in cælum tollenda caritas, et studium singulare celeberrimi viri ad sanitatem reducendi, cum nulli pepercerit impensæ, nullas recusarit egregius princeps molestias, si quo modo illum, vel secus interpretantem, integritati restitueret: tanto humanissimi animi affectu, quanto in hominem sibi sanguine conjunctissimum fuisset usus.*» (2) On reading this, two questions suggest themselves. First, whether the implied eulogium is not a disguised satire? Secondly, supposing the author to speak seriously, what treatment he supposes the bitterest foe of the Duke Alfonso, the being whom he most hated and most dreaded, would have received from him, had he fallen into his power? The Ab. Serassi, the most correct Italian Biographer of Tasso, with all his deference for «*la Serenissima Casa d'Este,*» can hardly avoid owning, however reluctantly, with his hero, that the members of the same *most Serene House* were nothing more than «*una ciurma di poltroni, ingrati, e ribaldi*» (3).

It may be questioned whether Tasso's subsequent derangement was not the effect, rather than the cause of his confinement. The treatment he then experienced, operating on a temper already exasperated, and an en-

(1) Tiraboschi, *Stor. ; della Lett. Ital. tom. VII*, p. 1257. ed. Flor. 1812.

(2) pp. 8. 9.

(3) Genealogical and Historical Notices of the House of Este, are to be found in the Editor's. *Letters from the Continent, Part. II.*

feebled frame, was more than sufficient to produce such an effect. But admitting the supposition of his previous madness, it will only aggravate the crime of his tyrant an hundred fold. Under such circumstances, the unhappy sufferer required an unusual degree of care and tenderness. We hear indeed of maniacs, whom it is necessary, during an access of phrenzy, to place under the severest restraint, and even to intimidate with blows. But that a patient, labouring under bodily infirmity, should be immured nearly TWO YEARS in a noisome dungeon, which, as the writer can testify, cannot be entered by the occasional visitor without a shudder; deprived of the air and light of Heaven, of proper food and raiment, and all the common necessaries of life; shut out from social intercourse, and exposed to the insults of a malignant jailor; and this patient, one who had ever felt an insurmountable horror of solitude; such a remedy surely, it was reserved for the ingenuity of a Princely Physician, to devise. We have proof that even long afterwards, when he inhabited a room large enough to walk about in, and was permitted to see visitors, his situation in other respects was not ameliorated. *Giuliano Goselini*, in one of his Letters, relates that *Aldo Manucci*, who went to Milan in 1582, and afterwards to Ferrara, there saw « *in uno stato miserando il povero Tasso, non per lo senno, del quale gli parve al lungo ragionar ch' egli ebbe seco, intero e sano, ma per la nudezza e fame, ch' egli pativa in prigione, etc.* » (1) The Letters of Tasso, from which some citations have been made by M.^r Hobhouse (2) also draw a most lamentable picture of his situation.

(1) *Lettere* p. 47. Tasso remained in the first dungeon, from March 1579, to Dec. 1580. He was again removed in 1584.

(2) pp. 20, 21, in the notes. The same writer, who certainly expresses a proper indignation at the treatment of Tasso, has also had the candour to correct, though too leniently, the ridiculous inscription placed over the door of the cell, by

Such was the recompense awarded by Alfonso II, Duke of Ferrara, to HIM on whose immortal Muse he must chiefly have relied, for distinction from the crowd of Princely puppets, whose *names* adorn the pages of History ! (1)

Little was Tasso prepared for this, when he included all the descendants of Rinaldo, in this prophecy of *Peter the Hermit* :

« Premer gli alteri, e sollevar gli imbelli,
Difender gli innocenti, e punir gli empi
Fian l'arti lor. » (2)

Still less could he expect it from the individual, on whom, through the medium of the good enchanter, he had pronounced the following magnificent eulogium :

Ma fra gli altri,.... Alfonso io scoglio
PRIMO IN VIRTU, MA IN TITOLO SECONDO,
Che nascer dee, quando corrotto, e veglio
Povero fia d'uomini illustri il mondo.
Questi fia tal, che non sarà chi meglio
La spada usi, o lo scettro; o meglio il pondo
O de l'arme sostegna, o del diadema,
Gloria del sangue tuo somma e suprema.

General Miollis; the pompous ignorance of which is equalled only by another, which according to his eulogist, Lady Morgan, he placed on the house of CORILLA, at Florence. *Qu.* Is not this Miollis the *Literary General* whom Alfieri treated with so much contempt? M.r H. and Lady M. are both admirers of Alfieri; but I presume they disapprove his Anti-Gallic opinions.

(1) It is true indeed, that this Prince is more celebrated as the persecutor of Tasso, than he would ever have been as his protector. So far he owes his reputation to himself alone.

(2) *La Gierusalemme, Cant. X. St. 76.*

Darà fanciullo, in varie imagin fere
 Di guerra , indizio di valor sublime.
 Fia terror de le selve , e de le fere ,
 E ne gli arringhi avrà le lodi prime.
 Poscia riporterà da pugne vere
 Palme vittoriose e spoglie opime ;
 E sovente avverrà , che' l crin si cigna
 Or di lauro , or di quercia , or di gramigna.

De la matura età pregi men degni
 Non siano stabilir pace e quiete :
 Mantener sue città , fra l'arme e i regni
 Di possenti vicin , tranquille e chete :
 Nutrire , e fecondar l' arti e gl' ingegni ;
 Celebrar giochi illustri e pompe lieti :
 Librar con giusta lance e pene e premi :
 Mirar da lunge , e preveder gli estremi.

O s' avvenisse mai , che contra gli empi ,
 Che tutte infesteran le terre e i mari ,
 E de la pace in quei miseri tempi
 Daran le leggi à i popoli più chiari ,
 Duce sen gisse a vendicare i Tempi
 Da lor distrutti , e i violati altari :
 Qual ei giusta faria grave vendetta
 Su 'l gran Tiranno , e su l' iniqua setta !

Indarno a lui con mille schiere armate
 Quinci il Turco opporriasi , e quindi il Mauro ;
 Ch' egli portar potrebbe oltre l'Eufrate ,
 Ed oltre i gioghi del nevoso Tauro ,
 Ed oltre i regni , ov' è perpetua state ,

La Croce, e 'l bianco augello, (1) e i gigli d' auro :
 E pel battesimo de le nere fronti
 Del gran Nilo scoprir l' ignote fonti. (2)

It is hardly necessary to add here, that the DIVINE TORQUATO was born at Sorrento, in the Kingdom of Naples, March 11.th 1544, and died at Rome, April 25.th 1595, before he had received the intended tribute of his country's veneration, THE LAUREL. He was buried in the Church of St. Onofrio, on the *Monte Janiculo*, where a paltry tablet was afterwards erected to his honour, by Card. Bevilacqua.

The famous dispute on his Country has been fully examined by Serassi, in his *Parere intorno alla patria di Bernardo e di Torquato Tasso* (3). Two only of the contending Cities seem to have any fair pretension to this honour; *Bergamo*, as the residence of Tasso's ancestors, and the birth-place of his father; and *Sorrento*, not only, as Tiraboschi seems to think, because he was born there, but also because he was educated there and at Naples, and his mother (*Portia de' Rossi*,) was a Neapolitan.

The puerile war of words carried on against Tasso, by the Critics of *La Crusca*, and their base attempts to raise an invidious parallel between him and Ariosto, are explained at great length in *Serassi's Life of Tasso*.

That writer has given long and exact bibliographical notices of all the editions of the *Gierusalemme* down to his time. The edition printed at Mantua, by *Osanna*, is esteemed by him the most perfect. I have sought in vain for this volume in the great public Libraries of Italy.

The WORKS OF TASSO were collected by *Monsignor Bottari*, and pub-

(1) The white Eagle of Este.

(2) *La Gierusalemme*, Cant. XVII, St. 90, etc.

(3) Printed in 1742, and since prefixed to the third volume of the Letters of Bernardo Tasso, *Padua*, *Comino*, vols. I. and II, 1753, vol. III, 1752, in-8.

lished ad Florence, from the press of *Tartini and Santi Franchi*, in 1724. 6 vols. fol. They were again printed at Venice with additions, in 1742, 12 vols. 4.^o A new edition is now printing at Milan. The following rare little Tract was overlooked by the old Editors. *Delle Differenze Poetiche Discorso del Signor Torquato Tasso, per risposta al Sig. Horatio Ariosto. In Verona, appresso Hieronimo Discepolo, 1587, sm. 8.^o* Tasso designed publishing all his Lyric Poems, with his own comments, in three Parts. The first was printed at Mantua by *Osanna*, 1592, and the second at Brescia, by *Marchetti* 1593, 8.^o; the third never appeared. No other edition was published by the Author.

Much interesting information on the events of his life, is to be found in the following: *Nuovo Discorso di Torquato Tasso à Scipione Gonzaga, nel quale si ha notizia de molti accidenti della sua vita, pubblicato da Martino Sandelli. Padova, 1629, in-4.^o*

The Life of Tasso by his friend Manso was published at Venice in 1621, and 1624, 12.^o, and at Rome 1634, 12.^o; and joined to the edition of the *Jerusalem*, of London 1724, vols. 2, in-4.^o (1).

LELIO PELLEGRINI, the author of the present Oration, was Professor of Moral Philosophy in the College of *La Sapienza* at Rome, and flourished in the sixteenth century. His Latin Orations are written in general with good taste. Serassi praises this, and bears testimony to its rarity. Among the others are:

1. Orationes tres in Sacello Vaticano, habitæ apud Sixtum V. et Gregorium XIII. de Divo Johanne Evangelista, de D. Stephano Protomartyre, de Pœnitentia et Jejunio. Romæ 1586.
2. In Ascensum Domini Oratio, habita ad Sistum V. Romæ 1586.

(1) *Toppi*, in his *Biblioteca Napoletana*, cites an Edition of *Naples*, 1619, in-4.^o

3. De utilitate moralis Philosophiæ Oratio, habita in almo Urbis Gymnasio. Romæ 1587.
4. De Sixto V. Pontefice Oratio funebris, habita in Basilica S. Mariæ Majoris, etc. Romæ, 1591.
5. Oratio ad SS. D. N. Clementem VIII. IV. Cinerum, habita in Templo S. Sabinæ, etc. Romæ 1693.

Other Latin Orations are registered in the *Biblioteca Volante* of Cinnelli, *tom. IV. p. 44.*

F. D. S.

